EPIDICTICA

AD CHRISTIANOS PACIS AVTORES MONARCHAS atque ſelectos & primæ notæ in triplici Gallia maximates immortali gloria digniſsimos, Epigrammata.

Quibus hiſtoria noſtræ memoriæ, & plurium geneſis principum paucis & minimè ſuſpectis verſibus explicatur.

IVLIANO TABOETIO IVRECONSVLTO AVTORE.

AD MARGARETAM, Emmanuelis Philiberti, Sabaudiæ, Chablaſij & Auguſtæ Ducis vxorem, heroïcis planè virtutibus inſtructam.

LVGDVNI
EXCVDEBAT NICOL. EDOARDVS
M. D. LX.

A` Madame la Ducheſſe de Sauoye, d'Aoſt, de Chabloys, & de Berry, Princeſſe de Piedmont, & c.

VOVS auez à la fin la perle & vnion
Que noſtre Roy Ieſus celeſte Emanuel
Vous gardoit de tout temps pour repos eternel
De ſon peuple affligé de tribulation.
Vous auez (mais non ſans predeſtination)
Le Prince, auquel on doit par honneur ſolennel
Dreſſer pompeuſement vn triomphe annuel
Comme à l'auteur de paix de toute nation.
Vous auez epouſé, vertueuſe Princeſſe,
Le Prince, par lequel toute angoiſſe prent ceſſe
Et l'aſpre cruauté que Mars au peuple fait:
Vous auez tout l'amour, qui la liberté trie
Non pas l'oppreſſion, de ſa noble patrie,
Le grand Emanuel, ce Prince tout parfait.

Ad Lectores Sabaudiani ſtemmatis ſtudioſos.

COELESTI augurio & nutu Valeſia Pallas
Optato tandem connubio fruitur.
Connubio fruitur ſtabili, quod pacis amicum
Preter ſpem oblate conciliauit amor.
Conciliauit amor diuturnus, ab igne ſuperno
Digrediens, ſine quo eſt nullus amor ſtabilis,
Hanc ſibi perpetuo ſociam deuinxit amore
Allobrogum princeps ſtrenuus Emmanuel,
Emmanuel merito ſuperis acceptus, auita
Nunc patria compos letus ea fruitur.

RAYMVNDVS TABOETIVS
autoris filius in Sabaudiano ſenatu cauſidicus.

AD IMMORTALIS GLORIÆ MONARCHAM, FRANCISCVM II. TROIANI, ET GERMANI SANGVINIS SEXAGESIMVM REGEM,

Ariſtoteles, Princeps eſt lex animata, vicarius Dei.

Epigramma, vetuſtæ & recentis memoriæ hiſtoriam referens.

Poſt Regum decades ſenas, & luſtra, monarcham
Gallorum inſtituit te, duodena, pater:
Hercule fœlici poſt funera patris, auita
Sceptra tibi ſummus præbuit Emmanuel.
Ante tuam geneſin inuictos tua Gallia Reges
Sexaginta tui ſtemmatis obtinuit.
À quibus Auguſtum meruit tua Francia nomen,
Dardaniæ meruit ſcuta ſuperba tribus.
Sanguine Dardanius, patriâ Germanus, & ortu,
Diceris è Priami ſanguine progenitus.
Sunt tria, quæ quondam ex aſtris delapſa feruntur
Arma, Ancyle, velut Lilia, palladium.
Rex Aſiæ Priamus titulos & auita minoris
Iura tibi ceſſit: fatáque Pallady.

Fama cõſtãs & vetus habet Gallorũ Reges à Troianis ſuam capere primęuã originẽ & hactenus ſexaginta regnaſſe in Gallia.

Lilia

Secunda Sectio.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM EMMANVELEM PHILIBERTVM, TRIMEGISTVM DVCEM,

Iulianus Taboetius,

Ouidius, Si fueris fœlix, multos numerabis amicos.

Stemmata maiorum impenſè celebrata, caducis
Atque tuam geneſin verſibus expoſui.
Verſibus expoſui rudibus, craſſáque Minerua,
Quamuis Mæonio carmine digna forent.
Te Duce cum fuero liber, meliora profectò
Auſpicibus Muſis carmina polliceor.

Ad Sabaudiani ſanguinis principem, Iacobum à Sabaudia, Nemorcij Ducem adprimè ſtrenuum.

Fœlix quē faciunt aliena pericula cautum.

Morte carebit honor tuus, & pretioſa manebit
Fama tui in terris nominis, atque iubar.
Téque immortalem faciet ſolertia rebus
Pluribus egregiis cognita, & officiis.
Propter quæ meritò, & paſſim cenſeris Achilles
Allobrogum, & patriæ gloria prima tuæ.

DV